

toboni, Bertola Gabutus, Bastardus de Musso, Joannes Scutus, Martinus de Verdesio, Paghitijs Geroni, Henricus Marcarus, Manfredus Auricula, Albertus Cavallerius, Joannes Gudius, Guiscardus de Verdesio, Bolengus de Vineis, Henricus Camparius, Bertolus Gujoni, Manfredus Ferrarius, Alexander Camparius, Facinus Onolius, Joannes Rolandus, Henricus Camparius, Antonius Rubeus, Melazotus Aquesianus, Jacobus Donda, Paganus Bullius, Gullielmus Gandelus, Jacobus de Bucia, Jacobus Ferrarius, Zarbus Camparius, & Jacobus de Verdesio. Et inde Dominus Episcopus, & dicti Castellanus, & homines præceperunt fieri publicum instrumentum. Et ego Franciscus Novellus de Tercio imperiali auctoritate Notarius, scribaque dicti Domini Episcopi interfui, & scripsi.

*Sequitur proclamatio præcepti eodem die per nuncium facta.*

*Expostulatio Guidonis Episcopi adversus Oddonem, & MM. de Ponzono circa occupationem possessionum Aquen. Eccl. in Meladio. Ex membrana Capituli.*

303

MCCCLII.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCLII., iudictione V., die XXIII. januarii in castro Carmorini super lobiam dicti castri præsentibus D. Oddono de Marchionibus Incisæ, ac D. Petro Spelta jurisperito, & Vicario D. Thoma Marchione Malaspina, & Franceschino de Calegario, cui dicitur Clericus de Carmorino testibus vocatis, & rogatis. Cum appareret evidenter per instrumentum Francisci Novelli de Tercio Notarii publici sub annis Domini MCCCXL., die XVI. novembris, & in castro Pontis, quod B. M. quondam D. Ottobonus de Ponto ex Marchionibus de Carreto, qui se gerebat pro Aquensi electo, locasset sub conditionibus, pactis, & pœnis in dicto instrumento contentis fructus terrarum, & possessionum de Meladio ad Episcopalem mensam spectantium pleno jure, & quosdam adfectus, quos dicta mensa Episcopalis, & Ecclesia habet, & habere consuevit in dicto loco Meladii usque ad decennium D. Oddoni ex Marchionibus Ponzoni pro CCCCXV. florenis auri, & taliter quod in fine decennii jamdiu elapsi dictus D. Oddonus deberet dimittere, & restituere liberas, & expeditas dictas possessiones, & affectus dicto D. Ottobono, & suis successoribus, & Aquensi Ecclesiæ. Constetque etiam evidenter alio instrumento exinde confecto manu Johannis de Castello de Tre sobio Notarii publici anno MCCCXLII., iudictione X., die XVIII. mensis novembris in Cavatorio, quod D. Guido Aquensis Episcopus, & Comes, qui nunc præest Aquensi Ecclesiæ, volens recuperare castrum, & villam Cavatorii ad dictam mensam Episcopalem spectantia, quæ Marchiones de Ponzono prædecessori dicti D. Ep. G. abstulerant, quia aliter dictos castrum, & villam, & jurisdictionem recuperare non poterat, dictam locationem præfato D. Oddoni per dictum D. Ottobonum factam confirmaverit, & taliter etiam quod in fine dicti de-

cennii præfatus D. Oddonus prædictas possessiones, & affectus debebat dimittere, & restituere libere expeditas dicto D. Guidoni, & Aquensi Ecclesiæ, & reficere expensas, & damna, & interesse, quæ inde dictus D. Ottobonus, & ipse Guido sustineret: constetque etiam evidenter in Civitate Aquensi, ac etiam in Cavatorio, Meladio, Tercio, Bestagno, & circumposita regione, quod dictus D. Oddonus in fine dicti termini contenti in dictis instrumentis veniens contra fidem suam, & in dictis instrumentis contenta, noluerit dictas possessiones adfectus, & bona dicto D. Guidoni, & Aquensi Ecclesiæ dimittere expeditas, sed de ipsis contra Deum, & omnem justitiam, & contra promissiones, & pacta in dictis instrumentis contenta de anno proxime præterito exportari fecerit fructus, & bona, necnon & dictos affectus rapuerit: qua in re dictus D. Guido Aquensis Episcopus videns quod dictus D. Oddonus a præmissis & fide sua recedebat, volens dicti D. Oddonis malitiam convincere, compromissum fecit in D. Ottolinum Chisalbertum jurisperitum Vicarium D. Marchionis Montisferrari, & Presbiterum Ruffinum Archipresbiterum Ponzoni tamquam in arbitros, & arbitratores, & amicales compositores, qui ex sua sententia arbitramentali condemnaverunt dictum D. Oddonem ad restituendos dicto D. Guidoni, & Aquensi Ecclesiæ fructus per eundem de dictis possessionibus indebite exportatos, & ad restituendum omnia alia bona, & affectus sublatis ad finem, & terminum dictæ locationis sibi factæ, ut patet etiam alio publico instrumento confecto manu Protasii de Bellomonte publici Notarii: ecce quod D. Guido Aquensis Episcopus attendens, quod dictus D. Oddonus contenta in dictis instrumentis observare noluerat, ut debebat, & multo minus ea, quæ per dictos arbitros arbitrata, & declarata, & pronunciata fuerant; cerneretque, quod ad invadendas, occupandas, & detinendas per dictum D. Oddonem possessiones, fructus, & affectus de Meladio DD. Bonifacius, Gujetus, Theodorus, Ludovicus, & Thomas, & alii sui consortes ex dictis Marchionibus Ponzoni præbebant, & præbent dicto D. Oddoni auxilium, consilium, juvamen, præsentibus, audientibus, & intelligentibus dictis DD. Bonifacio, & Oddone, & in dicto castro Carmorini, & in præsentia testium prædictorum, & quamplurium aliorum idem D. Episcopus ipsi D. Oddoni dixit, & expresse denunciavit, ipsumque requisivit, monuit, & ortatus fuit, ut sub pœnis, comminationibus, & præceptis in dictis instrumentis locationis, & sententiæ arbitralis contentis deberet sibi, & Aquensi Ecclesiæ dimittere, & restituere libere expeditas terras possessiones, fructus, & affectus superius memoratas, & omnia alia observare, quæ in dictis instrumentis sententia arbitramentali plenius continentur; & ut exportata per dictum D. Oddonem, & ejus familiam cum damnis, & interesse contentis nota forent, fructus ex dictis terris exportatos ecc. ad modia XXXV. frumenti ad mensuram civitatis Aquis, & ad modia L. spelte, & ad modia XXX. parmole, & ad modia L. avene, & ad XXV. plaustra feni: damna vero interesse, & expensas exinde factas posuit, & estimat ad flore-